

A
8



caja 2 A=9 C=5

caja
CINISA 5

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA	
— GRANADA —	
Se'a	caja 2
Estante	
Número	8

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, which is mostly illegible due to fading.

COPIES
of

COPIES
of

[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely from the 18th or 19th century. The text is mostly obscured by fading and bleed-through from the reverse side of the page.]



APHORISMI CONCLUSIONVM

ex Doctoribus recitatiuè solum propositi.



PLVRIVM Sententia est illos, qui opiniones Philosophicas speculatiuas, vel Medicas grauium Philosophorum, aut probabilium rationum auxilio munitas Theologica censura erroris, aut temeritatis in fide pertinaciter condemnant, ab Ecclesia iudicari præsumptuosos, temerarios, seditiosos. Idcirco aiunt Concilium Constanciense sess. 19. pag. 905. iuxta editionem Binij anno 1618. coegisse Hieronymum de Praga vt ab iuraret, quia opinionem quandam probabilem de vniuersalibus veluti fidei aduersam infamauerat. Pag. 890. in eodem Concilio fiscales Synodi Ioannem Hus accusauerunt, quod opinionem de compositione continui, & temporis ex solis punctis, & instatibus, & alias nonnullas philosophicas assertiones errores appellauerit. S. Aug. 5. Confess. & D. Thom. opusc. 10. ipsum allegans docent multum nocere, & aduersari doctrinæ, & Fidei Christianæ eos, qui controuersias de rebus merè naturalibus ad ipsam pietatis, & disciplinæ Ecclesiasticæ substantiam pertinere arbitratur. Succurrunt Canus lib. 7. cap. 3. & lib. 12. cap. 11. & lib. 9. c. 7. collectiue. Grabrina tom. 3. pag. 20. Suar. disp. 19. de fide, sect. 2. Turrianus in Selectis centuria 4. dub. 8. & disp. 30. & sæpè alibi. ~~Beato Hieronimo de fide & doctrina~~, & sequentis aphorismi defensores; & plures Theologi dicentes non solum probabiles propositiones, sed etiã nouas, singulares, improbables, & temerarias in pure Philosophicis, aut Metaphysicis controuersijs nõ esse dignas mala censura Theologica, aut temerarias in Fide Christiana. Sæpè inquit pauciores Doctores in ijs quæstionibus anteponuntur pluribus, & sæpè rationis argumenta, aut experimenta plus valent, quam dicta Patrum, quorum auctoritas, vt ait D. Thom. in 2. dist. 14. art. 2. vt plurimum non maius momentũ habent, quam Philosophi quos sectantur; sic Caño lib. 7. cap. 3. Banes i. p. q. 1. art. 8. Grabrina supra, & innumeri alij.

Plurimorum sensus est de Fide Catholica suspectos esse, & à Iudicibus Ecclesiasticis puniri debere eos, qui opiniones probabiles Theologorum, aut propositiones nulla censura dignas pertinaciter condemnant, ac si in Fide Catholica temeraria, suspecta, aut erronea essent. Illos etiam, qui nimium proprias opiniones asseuerant simili pœna mulctari debere. Ita Canus lib. 12. cap. 11. ubi appendices heresum, & grauium errorum nominat iniquas, & temerarias censuras. Eadem ferè scribit lib. 9. cap. 7. ex communi Theologorum sensu, quem sectatur Turrianus part. 2. Select. disp. 30. dub. 1. & disp. 31. dub. 59. & centur. 3. dub. 6. & sæpè alibi. Sixtus III. in litteris allegatis à Diago lib. 1. cap. 33. & Alphonsò Fernandez in concertatione prædicatoria pag. 227. iubet vt temerarios, præsumptuosos, & suspectos de fide puniri nonnullos, qui opinionem quandam probabilem in Theologia irridebant, & veluti fidei aduersam diffamabant. Pius V. & Greg. XIII. nonnullas propositiones Michaelis Baij ideò solum condemnant veluti scandalosas, temerarias, seditiosas, & suspectas, quia opiniones probabiles Doctorum Catholicorum mala censura afficiebãt, vt statuunt omnes Theologi cum Suario proleg. 6. de gratia, cap. 2. Turriano in opusculis de gratia tract. vlt. contra Baium ex Cardinali Toletò, Vasquio, & alijs.

Plurimorum sensus est eum, qui dubitat dealiquibus propositionibus de fide per omissionem puram actus intellectus, vel per suspensionem omnimodam iudicij nihil affirmans, aut negans, nullatenus errare, si nõ reflectat supra suum actum, & simul iudicet asserta illa fidei dubia esse; aut formaliter, vel virtualiter positiuè dubitet affirmans vtramque partem contradictionis esse contingentem; sic Puète disp. 80. de fide, sect. 3. Cano. 12. de locis cap. 9. Sancius lib. 2. cap. 7. Becano cap. 14. q. 2. Ægid. disput. 18. de fide, dub. 7. Bannes 22. q. 11. art. 1. Farinac. de hæresi. q. 178. §. 4. Sola lib. 1. aphorism. cap. 11. & alij. Et quãquam hæc pars in opinione sit, certissimum esse, & extra opiniones situm arbitrantur alij, neque errare, neque decipi, neque vlla censura Theologica notari posse eos, qui in verbalibus, scriptis, aut impressis tractationibus de controuersijs, quæ nec primario, nec secundo ad fidem pertinent, suspendunt iudicium, aut priuatiuè dubitant, aut perpensis rationibus in neutram partem inclinãt, aut aliorum spectant lucem, aut se ad alios tractatus remittunt, in quibus re magis explorata decernant. Appellantur controuersia, quæ nec primario, nec secundo fidem tangunt, illæ in quibus nullum est periculum hæreticæ, aut erroneæ propositionis in affirmatione, aut negatione, sed summum discrimen est de gradibus alijs censuræ Theologicæ inferioris, qualis est temeritas scandalum, & similia de thesibus necdum expressè determinatis ab Ecclesia. Promouent eundem sensum, qui dicunt protestationem in obscuris excusare ab omni periculo, & grauiori nota, vt probat Sosa 1. aphorism. cap. 14. ex Penna, Simancas, Farinacio, & alijs; addit ex Albertino eum, qui protestatione excusatur nulla esse infamia puniendum. Qui dubie timide, suspensò iudicio loquuntur, docent, scribunt in controuersijs proxime prædictis protestatione non egent, cum nihil affirmant. Stylus hic dubie scribendi familiarissimus est Philosophis, & Theologis, quem perpetuò ferè in suis scriptis obseruant Marsilius, vt patet ex ipsius verbis in 2. q. 20. & Scotus vt constat ex edit. Antwerp. in prologo. S. Thomas crebro formulis dubitatiuis, suspensis, & timidis delectatur præcipuè cum verbo vtitur, *videtur*, vt expendit Cano lib. 8. cap. 5. Testis verò, aut scriptor qui sic deponit, *vt mihi videtur*, non probat ex Deciano conf. 51. num. 11. lib. 2. & cõf. 52. num. 11. Farinacio de testib. §. 1. q. 68. Plura circa hunc aphorismum exhibebunt Ioannes Pioz Pabattas, & Ioannes Tappia Stobza, & Ioannes Zabasta Ippot in scholijs, & illustrationibus trium librorũ de cõceptione Ambrosij Catharini, qui separatim sunt editi post annum 1634.

Communis grauiusimorum Doctorum sensus est Theologos, qui consulantur à Iudicibus causarum fidei, & doctrinæ de qualitate, & censura propositionum, nõ interrogari de privato eorum sensu cum valdè fallibilis sit, neque ob summum periculum ipsi confidere liceat; sed examinati, & consulti solum de sensu Ecclesiæ quem

Numerus 1. et 2. probat mereri grauem notam et censuram, plures censuras dictatas contra probabiles opiniones Patris Posa.
Numerus 3. erimit ab omni nota propositiones et tractatus dubitantes propositi a Patre Posa.
Numerus quartus et quintus circa censuras et notam.

quem debent declarare, & probare consignatis locis scripturæ, aut determinationibus sanctæ Sedis, aut testi-
 monijs Patrum, vel Scholasticorum in vnam mentem conspirantium, aut ex eisdem principijs irrefragabili-
 bus argumentis exhibitis, quæ lumine naturali euentiam ostendant. Addunt grauisimè peccaturos iudi-
 ces causarum fidei, si cæco assensu paucorum Theologorum iudicio subscribât sine præuio proprio examine,
 & propria certa scientia, cui moraliter fraus subesse nequeat. Quòd si obscurissima aliqua controversia de
 prædestinatione, gratia, & auxilijs, non omnino penetrari posset à iudicibus, qui non fuerint Scholastica
 Theologiae studiosi, & professores, tot debent consuli, & interrogari de qualitate doctrinæ in disitis locis,
 vt ex vnanimi plurium sententia idem iudicantium sine conspiratione, euidentis argumētum emergat de qua-
 litate assertionis accusatæ. Quanquam vix ex mille propositionibus, quæ vertuntur in controversiam iudicij
 tres inquit occurrent de quarum intelligentia non possint iudices non Theologi præuijs informationi-
 bus esse plenè instructi. Addunt prædicti Doctores hanc diligentiam iure naturali, & diuino esse debitam ne
 in rebus summi momenti contingat error, qui si fuerit non potest, non esse grauisimus. Tantam fore certitu-
 dinem de prauitate doctrinæ ante sententiam condemnationis statuunt quanta est in iudice condemnate la-
 tronem, & homicidam de malitia furti, & homicidij. Qui pro aliqua opinione accusata producit tres, aut
 quatuor graues Doctores manifestè probat eam nulla censura Theologica affici posse, si non aduersetur de-
 cretum aliquod Apostolicum è Cathedra, vel euidentis argumentum Doctoribus illis non cognitum. Tãdem
 concludunt discordantibus peritis, ita vt in partes æquales eorum opiniones diuidantur post examina, &
 consultationes prædictas, consulendam esse Sedem Apostolicam, vt probat Sofa lib. 2. aphorism. c. 36.

5
 Communis grauisimorum Doctorum sensus est peritos solum in singulis artibus consulendos esse pro cõ-
 sura; atque ideo circa gradus propositionis scismaticæ, seditiosæ, iniuriolæ, impiæ, maledicæ, & non raro scã-
 dalosæ, malè sonantis, & piarum aurium offensiuæ, præcipuè consulendos esse Iuristas, & viros in foro iudi-
 ciali cum laude diutius exercitatos: nam ij melius penetrât dissonantiam verborum, & similibus propositio-
 num, quæ cum doctrinales non sint, vel saltem non de controversijs Scholasticis, meliùs, & rectiùs à prædi-
 ctis quàm à Theologis iudicantur. Idcirco Synodus Constantiënsis supra selsion. 15. pag. 891. pro libris Ioã-
 nis Hus Iuristas, & expositores sacre paginæ interrogauit; postquam ille confessus est accusatos articulos, &
 condemnatos in suis scriptis reperiri; & similis vsus familiaris fuit alijs Synodis.

6
 Quo tempore grassabatur initio Ecclesiæ hæreticorum errores veram carnem Christo denegantes, & so-
 lam phantasticam concedentes, graues quidam antiquique scriptores non ex proprio sensu, sed per condes-
 cendentiam, & excessum, & quasi exabundanti admittebant in corporibus Iesu, & Mariæ nonnulla, quæ post
 extirpatas illas hæreses nullatenus posteriores Patres, & Doctores concesserunt, imò constanter repudiârunt.
 Sic Tertullian. lib. de carne Christi, cap. 4. fœda coagula ex simili cœno alita per nouem menses Iesu detu-
 lit, & sanctissimæ Virgini vterum insolescentem, grauem, anxium, & sordidum. Lib. 3. aduersus Marcionem
 cap. 11. immunda, & pudenda tormenta, & puerperij spurcos, anxios, & ludicros exitus in Mariæ partu non
 negat, & eius vterum cloacam nominat: & lib. 4. cap. 21. latius hæc persequitur. Hæc alij Ecclesiastici Doctores,
 aut integrè, aut ex parte tradiderunt; qui allegantur à Toletio in 2. Luca, & ab alijs expositoribus. Verù
 non tam ex proprio sensu loquebantur, quàm per conuiuētiam, ne ex ijs negatis tenacius in suo errore per-
 sisterent hæretici adstruentes phantasticum fuisse corpus Iesu, & Mariæ. Posteriores Patres eam conuiuē-
 tiam, & condescendentiam priorum cum Tertulliano, meritò repudiârunt.

7
 Ab anno 431. Concilium Ephesinum cœpit de dignitate, & excellentia corporum Iesu, & Mariæ illu-
 strius pertractare. Sunt ibi sermones Theodoti ab vniuersa Synodo, & Cyrillo commendati in quibus Chri-
 sti corpori maior tribu tur perfectio, & nobilitas quam Adæ ante peccatum. Passim in eo Concilio graues
 commendationes habentur pro corporibus Iesu, & Mariæ: similia occurrunt in Concilio Chalcedonensi præ-
 cipuè in epistola Synodica Leonis pag. 162. iuxta editionem Biniij vbi Christi corpus describitur quale fuit
 Adæ ante peccatum: verba Leonis sua fecit Paulinus Aquileiensis lib. 6. contra Felicem. Sic alia Concilia,
 & Patres cum sexta Synodo; & qui nascenti Iesu denegant secundinas cum 227. Episcopis Trullanæ Syno-
 di; & nominatim Damascenus oration. 1. de dormitione Virginis ijs verbis: *Totum illum primum Adamum
 à peccato purum ac liberum ob viscera misericordie tue Domine suscepisti, corpus videlicet animam mentem.*
 Propterea sunt non pauci, qui tribuant corpori mortali Christi, & Deiparæ, quæ Scholastici plures in 2. dist.
 19. & 20. deferunt corporibus ante peccatum ex vi constitutionis intrinsecæ.

8
 Sanctus Basilius apud Leontium Byzantinum lib. contra Nestorium, & Euticheten, tom. 4. Bibliothec.
 Paris. Græco Latinæ, anno 1624. col. 1000. hac dicit: *Susccepit Dominus famem solido cibo exhalato, ex ijs cõ-
 tendunt nonnulli ipsum sentire solidum cibum, & inconvertibilem, quia valdè terreus, etiamsi ab alijs homi-
 nibus foetide emittatur in pœnam peccati originarij, à corpore Iesu exhalatum insensibiliter retento profi-
 cuo nutrimento, & idoneo ad conuersionem in substantiam aliti, quemadmodum de corporibus humanis an-
 te peccatum philosophantur plures cum D. Thom. in 3. Genes. Fauent alia verba eiusdem Basilij alio in lo-
 co, quæ ab eodem Leontio supra allegantur. Dominus naturales quidem passiones suscepit ad confirmationem
 vera incarnationis, & non falso apparentis; passiones verò vitiosas quacumque, quod purum est vitæ nostræ in-
 quinant tamquam pura diuinitate indignas reiecit.*

9
 S. Gregor. Nazianzen. allegatus à Moysè Barcephæ tom. 1. Bibliothec. Paris. Græcol. anni 1624. col.
 83. ait post peccatum nos contactos esse carne crassiori, & ignauiori. Ideò sunt, qui dicant aliter in non pau-
 cis philosophandum de corporibus Mariæ, & Iesu formati cum sublimioribus perfectionibus intrinsecis,
 quam Adam ante peccatum. Alb. in 3. distinct. 16. art. 3. ait valdè esse absurdum credere corpus Iesu non su-
 perasse in perfectione naturali eaque forent in statu innocentie. Eadem scribit Sorinus sermon. 3. de Purifica-
 tion. & 1. de Conception. vbi addit, *Christi corpori corpus Virginis non dubium præcunētis corporibus confor-
 mari.*

Accusant
 hinc in an-
 fore elu-
 dant o-
 mnes hæ-
 reticum
 doctrinæ
 a nullo
 ro. 6. vs
 que ad
 24. pag.
 9.

Prohibeo
 seruo illu-
 cidari

Antiquam. 6. huius pagina vsque ad finem pagina quatuor propositiones de
 horum, quæ in Pace Rosa, mala non afficiuntur ex libro. 3. elucidarij

3

mari. Idem Moyses Barcephas lib. 1. cap. 28. col. 51. ait: *Condidit Deus Adam corpore leui at que expedito, non autem graui quale demum euasit post violatam legem.* Propterea idem Nazianzen. oration. 40. & Nicetas in commentarijs nihil spurcum admittunt in Iesu nascente, & eum non orante in utero. Addit Nazianz. vniuersalem rationem: *Nihil spurcum vbi Deus est.*

10 S. Damascen. orat. 2. de dormit. Virg. *Etiā post discissam ē vita immaculatam, ac spurcitiei exper-*
Maria corpus. Particula, *etiā*, quid de residuo vitæ senserit, declarat.

11 Theodorus Abucara iuxta edit. Paris. 1624. col. 397. declarat aërem circumstantem corpus Iesu ad
nutum ipsius desertuisse, vt famem inferret, vel non inferret. Simile est, quod ex cœlesti oraculo accepit Sancta Getrudes, à conceptu Mariæ Angelos in obsequium ipsius aërem circumstantem continuè subtilissimum, & saluberrimum reddidisse. Sic quod ait Maior in 2. distinct. 19. *Aërem habuit paradysus amantissimum, & per consequens non Adæ corruptiuum,* potuit eo Angelorum beneficio à Getrude n. memorato, & Mariæ, & Iesu conuenire. Ex ijs nonnulli contendunt superfluum fœcale ex alimento, & potu insensibiliter extrahi potuisse adiuuante perfectissima virtute expultrice. Idem Abucara col. 401. cum ea limitatione ait Iesum vsu naturalibus, *vt decebat Deum, & legem, & vt mensura humanitatis postulabat.* Col. 434. terram ait pro primo peccato spinis, & tribulis vitiatam: *Tunc etiā caro nostra damnationis sententiam subiens pediculos, & vermes progignit.* Certè post indignationem Domini multo deteriora facta corpora Adami, & Eux iudicant non pauci.

12 Leontius de sectis tom. 1. Biblioth. Paris. Græcol. act. 10. col. 529. ait: *Beatus Cyrillus dixit per immisionem ciborum, & excretionem conseruabat substantiam corpus Iesus.* Quæ verba de excretionem ciborum, quæ in paradyso contingeret iuxta Scholasticorum grauius opinionem, componunt nonnulli.

13 S. Eligius hom. de Purif. diurnâ fœminei fœtus cōmorationē in utero sine anima peccato originario tribuit. Credunt non pauci propterea iuxta Anselmum, & alios Mariam primo die coniunctionis Annæ, & Ioachimi fuisse animatâ spiritu rationali, quod ritu status innocentie fuerit producta, in quo iuxta Oleastrum, Voraginem, & Bareletam multo esset puellarum animatio velocior.

14 S. Ildefonsus tom. 9. Biblioth. Paris. anno 1624. col. 124. ait legem sub qua nunc mulieres pariunt, non esse legem naturæ, sed maledictionis, & culpæ. Col. 125. 126. aliqua desert Mariæ corpori supra leges futuras in statu innocentie. Ibidem superstitionem, & superfluum tractationem nominat, eā quæ colluionem sanguinis, & secundas spurcitas partui virgineo desert. Col. 130. decebat inquit, vt Saluator in ortu humanæ carnis inquinamenta nesciret; quam doctrinam nonnulli ad reliquum vitæ tempus extenderunt. Col. 131. ex S. Petro Rabennate *Stulte vnde sordes in Virgine.* Col. 133. stulti disputatores, *non adscribant vile aliquid, aut fœdum in Maria.* Col. 138. 139. à sordibus corporeis Mariam liberat. Col. 140. statuit id saltem concedendum Iesu nascenti, & parienti virgini, quod contingeret si Adam non peccasset: & hanc doctrinam plures ampliant ad reliquas perfectiones intrinsecas, & effectus consequentes ex ipsis ante primæum peccatum. Col. 142. negat secundarum spurcitas, & sanguinis fluxum in Maria. Col. 178. Mariam ait non esse ortam sicut aliæ fœminæ, sed mundo corde, & corpore.

15 Cellensis de panibus cap. 2. 1. *Oportuit Mariam non vili stemmate, nec more consuetudinario fabricari.* In alijs Patribus occurrunt passim testimonia similia prædictis.

16 Alexander Aletius apud Dionys. in 2. distinct. 19. q. 2. ait non fore in statu innocentie somnum, quod non futuræ essent fumositates grossæ, & multæ somnum causantes, sed modicæ, & subtiles. Idem alij opinantur iuxta Dionys. supra. Consequenter inferunt, nec crassiora excrementa tunc emersura, sed subtiliora, quæ insensibiliter euanescerent per resolutionem terreni alimenti. Verum Iesus, & Maria, ex fatigatione, & labore, & alijs quæ in paradyso non essent somno resciebantur. Idem Alexander apud Dionys. ibidem dist. 20. q. 2. ait infantes paradyfi proxime ab ortu potuisse gradi, matres sequi, pedem figere, & naturales habere vsus membrorum.

17 S. Thom. apud eundem Dionys. in 2. distinct. 20. & Petrus Tarantasia ibidem relatus aiunt eos, quæ docent in paradyso pueros recens natos habituros vsu membrorum ad exercitia corporalia ex consequenti defendere illos perfectè intellecturos cum non impediretur vsus rationis per phantasmata fluida, & perturbata. Problematicè vtrumque scribit D. Thom. & Tarantasia ibidem. Consequenter plures Scholastici asserentes Mariam, & Iesum ab instanti conceptionis perfectissimè vsos scientia peracti- dens infusa ex conuersione ad phantasmata, dicere tenentur eos si voluissent expedite omnè vsu membrorum exercere potuisse, quamquam non ita fecerint, ne vtriusque corpus multum nostris dissimile crederetur. Dionys. Carthus. addit sectatores huius opinionis dicturos naturalem humiditatē in pueris paradyfi celerrimè temperandam, & teneritudinem mollitemque membrorum breuissimè consolidandam. Idem S. Thom. 1. p. q. 97. art. 3. negat omnem indecentiam in resolutione alimentorum, & potus ante originarium peccatum. Id magis declarat in 3. Genes. dicens, quod impurum esset per subtiles euaporationes emittendum, aut si esset crassum futurum esse odoriferum, sicut in arboribus cōtingit in quibus terreum, & stercoreum alimentum in suauissimos, & fragrantissimos flores, & fructus cōuertitur, 3. p. q. 54. art. 2. ex Aug. tract. de felle Christi.

18 Alb. in 2. distinct. 20. & tract. 13. summæ Theolog. q. 78. menstrua, sudorem, fœtida excrementa ex potu, & cibo denegat incolis paradyfi. Quod addit in 3. distinct. 16. complexionem Christi nobiliorem quam Adæ ante peccatum, & viuaciores etiam eiusdem Domini sensus, quid in pluribus pro ipsius corpore senserit, manifestè declarat. In 3. dist. 2. art. 14. ait *Iesum nobis similem in ijs quæ expediebāt nobis, non verò in illis quæ defectum important.*

S. Bon. in 2. dist. 20. ne vicia tam virtutem continentiam, aut conuersuam Adamo, & ceteris in statu innocentiae tribuat, negat sudorem, & rheumain paradyso. Idem ibidem docuit S. Thom. Addit S. Bon. alimentum, & potum conuertenda, & resoluenda sine faetoris corruptione in attestacionem virtutis potentiae couersuam, & puritatis nutritiuam. Quod ibidem refert ex vasis, & intestinis, & voraminibus probari aliqua esse excernenda ideò non vrget; quia in paradyso essent receptacula, & pori pro sudore ex ipso, & Alb. in 2. dist. 20. nec tamen esset sudor: innumera scribit S. Bon. ibidem, & dist. 19. de extraordi-

20 Ricardus Mediauilla in 2. dist. 19. problematice tenet nullum animal moriturum si Adam non peccasset donec omnes electi transferrètur in coelum. Dist. 20. nunquam materiam seminis habuisset tunc Adam vsque ad tempus generationi opportunum. Idem q. 4. addit fluitatem humorum in organis, & comotio e, & nimiam cerebri humiditatem impedire distinctam intelligentiam, & relucientiam imaginum in pueris. Addunt nonnulli per illationem in sententia eorum, qui tribuunt Iesu, & Mariae perfectum usum intelligentiae ab ipso conceptu dependenter a phantasmate, necessario dicendum vtriusque phantasmata, sensus, & temperamenta magnam habuisse immutationem alijs pueris non familiarem. Quam mentem facilius defendunt ex doctrina illa communissima, quae adstruit Iesum ex purissimis sanguinibus fuisse formatum sine humiditate excrementitia; Mariam verò ex immaculato semine, & sanguinibus.

21 Ioannis Bassolis in 2. dist. 20. tandem propter reuerentiam Augustini docet mox natos pueros ambulatorios in paradyso; & problematice tuetur perfectum usum membrorum, & perfectam intelligentiam ipsorum. Rarum quod ait in 3. dist. 4. solam foeminam, & non patrem concurrere actiue ad productionem foetus. Abul. in 23 q. 4. loquens de quibusdam euacuationibus singulis hominibus necessarias, ait, *id dico de homine Christo, qui assumpsit naturam qualiter voluit.*

22 Marsil. in 2. q. 12. art. 3. negat superflua mali odoris ex alimento in paradyso ne vexaretur olfactus in Adamo. Quaest. 13. ait nimiam humiditatem cerebri impedire a perfectione phantasmatum etatem infantilem: hac deficiente paruulos perfectissimè intellecturos quoad usum. Ibidem art. 3. omnibus pensatis tandem problematice docet, & doceri permittit infantes paradyfi proxime post ortum habituros usum perfectum membrorum. Ibidem subdit, quod propter puritatem superflui nulla fuisset indecètia excrementorum, nec odor molestans: imò faeces ad nutritionem ineptae vitalem, ait, odore, & conuenientiam tantum haberent. Id contingere potuisse in quocunque alimento etiam non odorifero dicere debuit Marsil. cum Basilici flores fragrantissimè spirent, & redoleant qui ex sola terra, & stercore nutriuntur. Ibidem art. 3. quod nullae essent artes mechanicae in paradylo.

23 Ioannes Maior in 2. dist. 19. potuit inquit Deus facere, vt Adam naturaliter semper viveret. Quod artificiosè Angelus fecit panem pro Helia, cui naturale esset, vt quadraginta diebus, & noctibus ieiunus Propheta incederet ex vi vnius sumptionis. Quid dicere licebit de alimentis Angelorum manu dispositis pro Deipara in templo; de quibus Ioannes Geometra Hymno 2. *Salue almo corpus nutritum rore polorum Angelicis manus pro Domini thalamis.* Et Hymn. 3. *Gaude concretum sublimi corpus ol ymo* 10. Ea nominantur ambrosia ab Ecclesia Graeca. Ibidem Ioannes Maior ait de Caleb iuxta Scripturam sacram conseruasse aequalem, & inuariatam fortitudinem annis quadraginta vsque ad octogesimo naturalis sui annum, ac propterea tamdiu in eadem etate perseverasse. Ibidem paruuli in statu innocentiae fuissent perfectiores multo quam nunc, & citius habuissent usum membrorum.


24 Haec & plura similia docuerunt Scholastici plures: at in rebus naturalibus huius generis vbi non est auctoritas Scripturae, nec vnanimis Doctorum sensus, sequi debemus rationum magis efficacium argumenta, vt probat Marsil. ex D. Thom. Dur. Tarantasia, & alijs in 2. q. 13. art. 2. concl. 3. et quod nobilius, et sublimius est Mariae corpori tribuere, vt faciunt innumeri ex instituto praedicatorio cum Balthasare Sorio serm. 5. de Concept. illis verbis: *Supra influxum caelestium corporum perfectionem suam creditur obtinisse, non enim natura potuit suis viribus tam perfectum corpus producere quale virgo habuit.* Et iterum: *Perfectio virginei corporis influentiam caelestis corporis diuina operante virtute transcendit.* Expède illud Cant lib. 10. cap. 5. loquentis de controuersijs Philosophicis. *Aliud Diuo Augustino videri solet, cui caue quemquam anteponas; aliud videtur D. Thomae. Diuo Augustino Plato summus est; D. Thomae summus est. Aristoteles sic ferè res habent.* Ideò circa corpora paradyfi variè, et contrariè iunt opinati. Semper in ijs oculi intendendi ad illud celebre axioma Suarij tom. 1. in 3. p. disp. 29. sect. 1. *In re pia, & probabili, & quae maiorem perfectionem Christo tribuit non mirum esse debet, quod a sententia D. Thomae discedamus.* Canus lib. 10. cap. 5. propter similem causam debilitat auctoritatem Aristolis, et eius errores numerat.

Licentia dure plestenda est, quae contemnit minutores ad speciem quæstiones Scholasticorum. Eius generis illae sunt quare Christus non assumpsit vtrumque sexum, vt Hermaphroditus, et quare non assumpsit sexum foemineum, de quibus D. Thom. in 3. dist. 12. q. 3. Alb. ibidem, et ceteri Scholastici. Similibus coloris sunt innumerae quæstiones praesertim in 2. dist. 17. 18. 19. 20. et in 4. distin. 44. et saepe alibi, quae tandem magni momenti sunt ex connexionione doctrinarum.

hoc. 5. est pro falsam positione quod hoc quod sitio ab an

ore elucidari tractata sit cum tamen nec leuiter eam attigerit; cum longe aliud sit Mariam esse impariam quam esse Hermaphroditum.

Quaecunque praedicti patres et doctores dicunt affirmatiue aduocent sexto pag. 7. vsque ad numerum 74. paginae quarta, ea sub rubro aut formidine proponuntur in libro elucidari pro corporibus Christi et matris deiparae.



POSTULATA

Uppreueruntque, ut omnia, quae in hoc opere, et in antea
scriptis, et in posteris, quod in se continetur, venditanda, et sit: per hoc
scripturae, et in unum compendit, quibus in dies, pluribus familiariter
in scripturae, et in unum compendit, quibus in dies, pluribus familiariter

Et ad hoc, ut non grauius, et temporis angustia plectant, ut ad hunc
sunt, et in unum compendit, quibus in dies, pluribus familiariter, ut hora secunda post
in scripturae, et in unum compendit, quibus in dies, pluribus familiariter, ut hora
secunda, et in unum compendit, quibus in dies, pluribus familiariter, ut hora

Et conclusiones habentur Matriti loco, anno
1671, diebus supra relatis, Doctor Matthaeus
de Paeles, & Escobar in perillustri, Tolocana
Academia Primarius Medicinae Regens,
& Sanctae Inquisitionis
Medicus prior.



Propositiones

10

10



55



CAJA
2-8